Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



AD HEBREOS.

291

nomen suum non pretulit. Hanc
ergo epl̃am fertur apls ad hebreos
conscripsisse hebraica lingua mutasse?
cuius sensum & ordine rectius in
tas anglista. post excessum dñi pau
li apli greco sermone exposuit. ·i·

Multifariam multisq; modis olim ds loquens patribus in pphis: novissime diebus istis locutus est nobis in filio. quem constituit hẽdem universorum: per quem fecit & scla. Qui cum sit splendor glie & figura substantie ei⁹. portansq; omnia verbo virtutis sue: purgationem peccatorum faciens: sedet ad dexteram maiestatis in excelsis: tanto melior angelis effectus. quanto differentius p illos nomen hereditauit. Cui enim dixit aliquando angelorum. filius meus es tu. ego hodie genui te. Et rursum. Ego ero illi in patrem: & ipse erit mihi in filium. Et cum rursum introducit primogenitum in orbem terre: dicit. Et adorent eum omnes angeli dei. Et ad angelos quidem dicit. Qui facit angelos suos spiritus: & ministros suos flammam ignis. Ad filium autem. Thronus tuus ds in seculum seculi: virga equitatis virga regni tui. Dilexisti iusticiam & odisti iniquitatem: propterea unxit te ds ds tuus oleo exultationis. pre participibus tuis. Et tu in principio dne terram fundasti: & opera manuum tuarum sunt celi. Ipsi peribunt tu autem permanebis: & omnes sicut vestimentum veterascent: & velut amictum mutabis eos & mutabuntur. Tu autem ide ipse es. & anni tui non deficient. Ad quem autem angelorum dixit aliquando. sede a dextris meis. quoadusq; ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Nonne omnes sunt administratorii spiritus in ministerium missi propter eos qui hereditabunt salutem? ·ii·

Propterea habundantius oportet nos observare ea que audivimus: ne forte pereffluamus. Si enim qui per angelos dictus est sermo factus est firmus & omnis prevaricatio & inobedientia. accepit justam retributionem mercedis: quomodo nos effugiemus si tanta neglexerimus salutem? Que cum initium accepisset enarrari per dñm: ab eis qui audierunt in nos confirmata est. contestante deo signis & prodigiis & variis virtutibus & spiritus sancti distributionibus secundum suam voluntatem. Non enim angelis subiecit ds orbem terre futurum. de quo loquimur. Testatus est autem in quodam loco quis dicens. Quid est quod memor es eius. aut filius hominis quoniam visitas eum? Minuisti eum paulo minus ab angelis gloria & honore coronasti eum. & constituisti eum super opera manuum tuarum. Omnia subiecisti sub pedibus eius. In eo enim quod ei omnia subiecit. nichil dimisit non subiectum ei. Nunc autem nondum videmus omnia ei subiecta esse. Eum autem qui modico quam angelis minoratus est videmus iesum propter passionem mortis gloria & honore coronatum: ut gratia dei pro omnibus gustaret mortem. Decebat enim eum propter quem omnia & per quem omnia. qui multos filios in gloriam adducentem auctorem salutis eorum per passionem consummari. Qui enim sanctificat & qui sanctificantur. ex uno omnes. Propter quam causam non confunditur fratres eos vocare dicens. Annunciabo nomen tuum fratribus meis: in medio ecclie laudabo te. Et rursum.